98.
1624

Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ
Masoviæ Samogitiæ Livoniæq ac nec non Suecor. Gothor. Vandalorumq. haeres REX.

Significamus praesentibus literis nris quorum interest universis et singulis. Assignatum fuisse antehac per nos Magcum Nicolaum Daniłowicz Thesaurarium Regni Crasnostavien. Samborien. Capitaneum nrum in verum, ac legitimum Curatorem Gnoso Erasmo Herborts ob defectum rationis, mentisq impotentiam res suas, bonaq multis, uti relatum est nobis implicata difficultatibus curare minime valentis. Verum obstantibus certis impedimentis Magci Thesaurarij, ob quae, et graviora alia Reipcae negotia munus id curatorium gerere non potest, Gnosis Joanni Nicolao Dapifero Regni, et Petro Capneo nro Parczovien. Daniłowiczom idem munus Curatorium dan. et assignan. esse duximus, uti quidem damus et assignamus praesentibus literis nris. Conceden. quidem plenam facultatem bona eius omnia administran. gubernan. causas itidem, et actiones ratione quarumcunq rerum, bonorum, et antiquarum iure promoven. vindican. et defenden. caeteraq oia ad bonorum Curatorum officium spectan. agen. et exequen. Ita tamen ut praefato Erasmo Herborts de victu, amictu, caeterisq rebus ad honestam vitae suae sustentationem necessarijs diligenter provideant; et vel illi, si ad vera rationis usum redierit, vel successoribus eiusdem legitimis sufficientem administratae curatelae rationem ex praescripto legum publicarum reddere teneantur. In cuius rei fidem praesentes manu nra subsptas Sigillo Regni communiri iussimus. Dat. Varsoviae die XIII. Mens. Maij Anno Dni M.DCXXIV Regnorum nrorum Poloniae XXXVII Sueciae XXX anno.

Sigismundus Rex



Jves Lipski

prepositura…

1624

Li 13 Mag.o [illegible] a Serenissimo Sigismondo

Curatoria in [illegible]

[illegible] Don Concani [illegible]

[illegible] Giovanni [illegible]

[illegible] Capo

[illegible] Collat[illegible]

[illegible]

Pro [illegible]